

unde monogami in clerum? An ordo aliquis seorsum debet institui monogamorum, de quo adiectio fiat in clerum? Si suam habent legem circa monogamiam, etiam cetera, quæ monogamiæ accedere oportebit, episcopis erunt scripta. Laicis vero, quæ monogamia non convenit, cetera quoque aliena sunt. » Verum ipso quoque primo christianæ Ecclesiæ sæculo eadem obtinuerat divisio. Nam S. Clemens Romanus in prima ad Corinthios Epistola apud Const. p. 28: « Qui ergo stas temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt.... Summo quippe Sacerdoti sua munera tributa sunt, et sacerdotibus locus proprius præstitus est; levitis quoque sua ministeria incumbunt; laicus homo institutis laicis constringitur. »

(8. Hactenus de Hierarchiæ nomine, partitione, rebus, ac personis ad eam pertinentibus ex catholicorum decretis disserimus. Alia protestantium, etiam recentiorum mens est. Hierarchiæ illi cum nomen, tum rem aversantur. Contendunt autem, cautum a Christo cum fuerit, ne quis aut quærere, aut optare in christianorum republica aliquod circa sacra imperium auderet, ordinem nullum esse in Ecclesia posse, qui *Hierarchiæ* nomine denotetur, *Ecclesiæ*que regimen, vel *ιεποδικοσιαν*, seu ministerium sacrum, vel *ιεποδουλειαν*, seu sacram servitutem appellandum, exterminato ambitioso illo *Hierarchiæ* vocabulo. Verum in re apertissima falluntur protestantes. Legant polemicos nostros theologos, qui multis ostenderunt principatum esse divina Christi institutione Ecclesiæ regimen, imo et monarchiam, quæ sane sine imperio consistere nequit; intelligent plane corruiere, quod ut hoc nomen amoveant, confidentissime sumunt, nullum esse in Ecclesia imperantium ordinem, cui *Hierarchiæ* nomen tribui jure possit.

(9. At saltem novum, inquit, est hocce vocabulum, neque ante pseudo Areopagitam Dionysium ab ullo veterum usurpatum. Monui jam, nolle me de Dionysii ætate hic disputare. Hoc tamen contendo, Hierarchiæ nomen neque a veterum mente abhorre, et cum sequentium sæculorum usu non tam tritum, quam consecratum sit, aptissimumque præterea ad rem, quam indicat, significandam, frustra a lutheranis, et calvinianis novitiatus obtentu respui, atque in invidiam traduci. Enimvero si nomine Hierarchiæ infensi antiqui Patres fuerint, qui episcopos sacrorum principes et habuerunt, et appellarunt? Atqui Gregorius Nazianzenus Orat. 19, de funere patris, ἀρχιερέας nominat, hoc est principes sacerdotum episcopos, Ἀρχόντας vero passim eosdem nuncuparunt Eusebius, et Jo. Chrysostomus, quorum testimonia reci-

tal Cl. Mamachus Origin. et Antiq. Christian., tom. IV, pag. 267. Principes quoque in eandem sententiam ab Hieronymo, quin etiam apices, et principes omnium ab Oplato Milevitano lib. 1, de Schism. Donat., dictos episcopos novimus, posteriores vero Dionysio Patres (non enim illi, vel ipsi, qui Areopagitam fuisse abutuntur, quinto sæculo serius floruisse affirmant), et Hierarchas episcopos nuncuparunt, ut auctor homiliæ de Joanne theologo inter Chrysostomi opera, et scriptor Vitæ S. Basilii sub Amphiloebii nomine evulgata; et Hierarchiæ vocabulum nunquam non usurparunt, ut Felix III, ab anno 483 Pontifex maximus, epist. 5, ad Zenon. imp. et Sophronius septimo sæculo Hierosolymorum episcopus cum doctrina, tum sanctimonia celeberrimus, in epistola, quæ in sextæ synodi œcumenicæ actis anno 681, lecta est Act. 2, ipsumque Nicænum II, item œcumenicum II, anno 787 celebratum, can. 2.

(10. Vides jam, quot quantosque viros disertæ Christi doctrinæ protestantes insimulant, dum Hierarchiam a Christi illo præcepto, quo cautum *Luc. xxii, 25*, ne quis in Ecclesia dominari videretur, abhorre effutiant. Sed revera Divini Magistri verbis miserrime illi abutuntur; non enim regendæ Ecclesiæ apostolis, eorumque successoribus ademptam voluit Christus potestatem, qui eosdem Apostolos hortatus est, ut ex se ipso ipsorum Domino et Magistro exemplum sumerent; sed ne superbe more ethnicorum regum imperarent, vetuit. Concludam igitur cum tridentinis Patribus sess. 23, can. 6: « Si quis dixerit, in Ecclesia catholica non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex episcopis, presbyteris, et ministris, anathema sit. » Regegit quidem Jo. Franciscus Budæus lib. v, Instit. theolog., c. 4, § 1. Germanus, teste Petro Suavi Hist. conc. Trit. lib. viii, huic canoni, cum proponeretur, intercessisse. Verum hæc a Suavi dicta esse haud me latet; sed et illud scio, Suavem illum protestantium palato historicum a Pallav. l. xxi, Hist. conc. Trid. c. 13, n. 14, mendacii hic, ut sexcentis aliis in locis argui. Nullum certe Germanum acta concilii produci, qui canoni huic ob usurpatum Hierarchiæ nomen obstiterit. Quin etiam ipse Suavis eo tandem se confert, ut Paulo Vergerio in Valle Tellina adversus concilium concionanti sua illa figmenta tribuat. Huncine vero apostatam, hominem litteris vix aspersum, sed totam temeritate incensum Tridentinis Patribus, atque adeo universæ antiquitati antefereamus? Præferant, si libet, lutherani, nobis ita insanire nec placet, nec licet.

HIEROSOLYMITANI MILITES

SEU EQUITES SANCTI JOANNIS HIEROSOLYMITANI.

SUMMARIUM.

1. Ordo Militaris Equitum S. Joannis Hierosolymitani, seu Melitensis, quando, et a quo fuerit insi-

tutus? — 2. Hic ordo sub variis nominibus fuit appellatus, et communiter dicitur Melitensis, et quare? — 3. Hic ordo est vere et proprie religio, et ejus equites sunt veri religiosi, et emittunt tria

vota, castitatis, paupertatis, et obedientiæ. — 4. Unde tales equites debent facere annum probationis, seu novitiatus antequam professionem emittant. — 5. Hinc eques non potest dici, qui non expleto anno probationis, professionem emisit. — 6. Equites Melitenses ex peculiari eorum statuto comprehenduntur sub decreto concil. Trident. sess. 25, de Regularibus cap. 15 et cap. 19. — 7. Insuper equites Melitenses comprehenduntur sub decreto, quo regularibus prohibetur accessus ad monasteria monialium. — 8. Equites Melitenses possunt confiteri, sicuti alii regulares, sacerdoti regulari non approbato ab ordinario, sed a suo superiore. — 9. Equites Hierosolymitani, ut veri et proprii religiosi, non habent facultatem testandi. — 10. Nec habent velle, et nolle. — 11. Et cum ipsi sint intestabiles, eorum bona non hæredibus sanguinis, sed religioni acquiruntur. — 12. Quod procedit non solum de bonis, quæ ad eos proveniunt intuitu suæ religionis, sed etiam de patrimonialibus aut aliunde quæsitis. — 13. Quare sunt incapaces juris hæreditarii. — 14. Nec possunt disponere de pecuniis positis ad bancum ad eorum creditum. — 15. Et quidquid acquirunt, acquirunt religioni. — 16. Equites Melitenses sine dispensatione pontificia non sunt capaces pensionis super beneficia ecclesiastica, sicuti nec capaces sunt beneficii secularis. — 17. Mediante autem pontificia dispensatione, sunt capaces sicuti alii regulares. — 18. Equites Hierosolymitani sunt sub protectione sedis apostolicæ, et ad alios ordines transire prohibentur. — 19. Tales equites exempti sunt a jurisdictione ordinariorum, et a solutione decimarum. — 20. Bona equitum Melitensium ubique decedentium etiam ex illicita negotiatione acquisita, uti spolia non ad cameram apostolicam, sed ad eorum hospitale spectant. — 21. Eorum beneficiorum collatio, et causarum cognitio pertinet ad magnum magistrum Melitensem. — 22. Ordinarii non possunt sese introumittere ad visitandum equites Hierosolymitanos ubi habent jurisdictionem spirituales et temporales. — 23. Equitum Melitensium privilegia fuerunt confirmata iterum ab Urbano VIII. — 24. Religio Hierosolymitana est divisa in tres Ordines, nempe equites, fratres conventuales, seu de obedientia, et servientes. — 25. Equitum Melitensium familia divisa est in octo linguas, seu nationes, etc., et quæ sint ejus officia? — 26. Professio hujus militum religionis consistit specialiter in emissionem trium votorum, castitatis, obedientiæ, et paupertatis, et non continet quartum votum defendendi, etc. — 27. Assignatur formula suæ professionis, tum antiqua, tum moderna. — 28. Equites Melitenses tenentur servare interdictum locale. — 29. Equites Melitenses incurrunt irregularitatem ex defectu lenitatis, si in bello etiam contra infideles aliquem necaverint, seu mutilaverint. — 30. Episcopus potest præcipere, ut evitetur eques Melitensis, qui incidit in excommunicationem ob violentas manus in clericum injectas. — 31. Congregationes casuum conscientiæ obeundæ sunt etiam a parochis religionis Melitensis. — 32. Curati talis religionis tenentur ad omnes functiones, ad quas ceteri curati. — 33. Curati religionis Hierosolymitanæ non tenentur ad subsidium charitativum vel cathedraticum, vel contributionem seminarii, vel ad procuracionem pro visitatione. — 34. Prohibere non potest episcopus ne celebretur in Ecclesiis religionis Hierosolymitanæ a sacerdotibus tam fratribus, quam cappellanis dicti ordinis absque sua licentia. — 35. Curati religionis Hierosolymitanæ tenentur ad exponendas quadraginta horas per turnum. — 36. Curati dictæ religionis in iis, quæ spectant ad curam animarum, subsunt in omnibus visitationi et correctioni episcopi. — 37. Parochi religionis Hierosolymitanæ tenentur accedere ad synodum. — 38. Paro-

(1. Ordo Militaris equitum S. Joannis Hierosolymitani, seu Melitensis fuit institutus

chiales ecclesias dictæ religionis, quoad animarum curam, et sacramentorum administrationem episcopi visitare possunt. — 39. Aliæ vero ecclesiæ præter has curatas sunt exemptæ a visitatione episcopi. — 40. Excommunicare potest episcopus fratrem capellanum dictæ religionis, qui administravit redditus parochialis secularis, citatum ab episcopo in visitatione ad reddendam rationem, et non comparentem. — 41. Ad contributionem seminarii non tenentur, neque compelli possunt fratres S. Joannis Hierosolymitani, sive eorum vicarii ecclesiis parochialibus religioni prædictæ unitis, vel ab ea dependentibus. — 42. Dicti vicarii S. Joannis Hierosolymitani non tenentur dare procuracionem episcopo eorum ecclesiis visitanti. — 43. Parochi dictæ religionis curam animarum sæcularium exercentes a commendatariis deputati quatenus absolute idonei sint, approbandi sunt simpliciter ab episcopo. — 44. Curati dictæ religionis tenentur intervenire oleorum consecrationi, si alii curati teneantur. — 45. Potest episcopus tanquam delegatus apostolicus visitare parochiales Hierosolymitanas et in visitatione decreta condere in concernentibus curam animarum, administrationem sacramentorum, implementum onerum missarum ex piis dispositionibus provenientium, et illa sunt executioni demandanda. — 46. Episcopo licet ad excommunicationis publicationem procedere, et interdictum opponere ecclesiis prioratus religionis Hierosolymitanæ ex causa violatæ immunitatis. — 47. Licentia extrahendi delinquentes, ab ecclesia religionis Hierosolymitanæ, et cognitio, an extractus gaudeat immunitate, spectat ad episcopum. — 48. Potest episcopus constitutione Gregoriana extrahere delinquentes etiam ab ecclesiis religionis Hierosolymitanæ. — 49. Fratres capellani dictæ religionis curam animarum habentes, tenentur accedere ad synodum, et ad congregationes casuum conscientiæ præscriptas ab episcopo, qui potest illos cogere juris remediis. — 50. Religio Hierosolymitana potest personas ecclesiasticas in conservatores eligere, etiamsi in conciliis provincialibus, vel diocesanis iudices designati non sint. — 51. Equitum Melitensium in promotione ad magnam crucem habetur ratio meritum magis quam antiquitatis, respectu temporis. — 52. Præceptorie ordinis Melitensis vacant per promotionem ad episcopatum. — 53. Assassinii criminis reos equites Melitenses non possunt iudices laici declarare. — 54. Coloni religionis Hierosolymitanæ gaudent privilegiis ejusdem religionis. — 55. Hierosolymitani milites non vixunt Melitæ in claustris, sed tota civitas dicitur conventus. — 56. Hierosolymitani milites aluntur a religione, dum sunt in conventu melitiano. — 57. Hierosolymitani milites per cingulum distinguuntur a Capellanis, et servientibus. — 58. In religione Hierosolymitana fratris nuncupatio non convenit nisi professis. — 59. Religio Hierosolymitana representatur per capitulum generale, et non per sexdecim equites capitulares. — 60. Dicti sexdecim capitulares non habent facultatem decernendi contra statuta ordinis. — 61. Hierosolymitano equiti, neque de jure competit, nec concedenda est ex gratia facultas sibi arrogandi filios. — 62. Afferuntur varia decreta sacre congregationis Immunitatis pro equitibus S. Joannis Hierosolymitani, satis summarie relata a D. Petro Andrea Biccio in sua Synopsi, ad num. 82. — 83. De celebratione missæ super triremibus militiæ Hierosolymitanæ. — 84 ad 90. Aliqua de Hierosolymitanis capellanis. — 91 et 92. Et de militari ordine SS. Mauriti et Lazari. — 93. De cruce equitum ordinis Hierosolymitani. — 94 et 95. Commendæ ejusdem ordinis quoad reservationes et resignationes. — 96 ad 99. Ordinis privilegia. — 100 ad 106. Equites Hierosolymitani quoad votum paupertatis.

sub regula S. Augustini Hierosolymis, a B. Gerardo ex Provincia oriundo, qui exstruxit

hospitale anno 1112 (30) dicatum D. Joanni Baptistae, prope templum Christi Domini in Calvarii monte, cum methodo vitae regularis, et approbatione Pascalis II, ut ex ejus bulla edita anno 1113, die 13 Februarii registrata in libro statutorum dictae religionis, imperatoribus in Occidente Honorio IV, in Oriente Alexio Comneno, et deinde hic ordo a Callisto II, anno 1120 et ab Honorio II, anno 1123, confirmatus fuit, et a subsequentibus pontificibus plurimis privilegiis decoratus fuit.

(2. Equites hujus sacrae militiae vocantur S. Joannis, eo quia in hospitali sancto Joanni Baptistae sacro instituti sunt Hierosolymis a supradicto S. Gerardo, a qua tamen Hierosolyma civitate ejecti, et etiam a Phoenicia a loco Margotti, et a Ptolemaide in Syria, quo confugere curaverunt, Cyprum pro sede habuerunt, donec a Rhodi insula, a Turcis vi armorum erepta anno 1308, et retenta per annos 214, dicti sunt equites Rhodienses. Sed die 23 Decembris 1523, post longissimam obsidionem factam a Turcis, Rhodi insula amissa, sine seque per aliquod temporis spatium ista tam nobilis religio, Syracusam, Romam, Viterbium, Villam Francham, et Nicæam in provincia peragravit, donec Carolus V imperator, die 23 Martii 1530, summa ejus laude, opera Clementis VII, Pontificis maximi fixam sedem concessit huic nobilissimae et gloriosissimae religioni, dono ei dando insulas Melitae et Gandisii, ac Tripolim, cum plurimis privilegiis; et equites cum magno magistro in suos socios, et confederatos adscivit, ut ex multis refert Tapia decis. Senatus Italiae 8, n. 13 et seq., et decis. 19, et card. Petra tom. II, commen. ad Constitut. 2 Anastasii IV, cum sola recognitione quolibet anno avis, vulgo dicti *Falcone* praestandi viceregi Siciliae, et cum honore recipiendi investituram a quolibet rege Siciliae, ut per extensum videri potest in Historia hujus religionis part. II, fol. 80, cum pactis ibi recensitis, et acceptatione Pii IV, ut ex documento in Bibliotheca genitoris sui constare dicit Cherubin. Junior in sch. 1 Constit. 6 Pii IV, et de concessionem, et dominio dictae insulae card. de Luca de Jurisdic. dict. 69. Itaque magnus magister religionis respectu alti domini insulae Melitae recognoscit regem Siciliae, respectu vero superioritatis ecclesiasticae est abbas superior Papae subjectus. Rota part. VI, recent. decis. 324, numer. 14 et 16.

(3. Hic militaris ordo S. Joannis Hierosolymitani est vere, et proprie religio et ejus equites (nunc vocati communiter Melitenses, ex quo in dicta insula Melitae fixam sedem habeant) dicuntur et sunt veri religiosi,

(30) Imo vero 1099. Vide quae dixi tomo I. p. 310. in appendice historica sacrarum Expeditionum n. 3. (EDIT. BARBIELL.)

(31) Sed de hoc si qua superesset, dubitationem omnem amolitur epistola Benedicti XIV, tom. III, Bullar. edit. Rom., pag. 569, § 2, ubi Milites Hierosolymitani, et sumuntur, et disertis verbis vocantur veri religiosi. (EDIT. BARBIELL.)

(32) Non est certum, posse regulares confiteri sa-

et emittunt tria vota castitatis verae (et non conjugalis, prout alii milites aliarum religionum militarium) paupertatis et obedientiae; card. de Luca de Praeeminent. disc. 49, n. 7, et de Regul. disc. 1, n. 121, et disc. 49, n. 11; Card. Petra loc. cit., sect. 1, n. 16, et seq. 2, n. 1, 2 et 3, et communis aliorum cum sacra Rota recent. par. I, dec. 487, n. 6; par. II, decis. 177, n. 1, decis. 454, n. 3; part. III, decis. 228, sub n. 2; part. V, t. II, decis. 469, num. 6, et saepe alibi (31).

(4. Hinc equites Hierosolymitani, seu Melitenses debent facere annum probationis, seu novitatus, antequam professionem emittant; sacra congregatio Concilii, teste Barbosa in Summa apostolicar. decis., verb. *Equites S. Joannis Hierosolymitani*, numer. 15, et Oviedo apud ipsum. (5. Unde eques non potest dici qui non expleto anno probationis professionem emisit. Rota recent. p. XI, decis. 15, nu. 10. (6. Equites enim Melitenses ex peculiari ipsorum statuto comprehenduntur sub decreto concilii Tridentini sess. 15, de regularib. cap. 15; Rota recent. par. XI dec. 15, num. 12, dec. 382, num. 9. et decrevit sac. congreg. Concilii, teste Barbosa loc. citat., num. 16, cum aliis ibi citatis; et comprehenduntur sub alio decreto ejusdem Concil. ses. 25, de regularib. cap. 19, ead. sacra congregat. Concil. de qua Gonzalez ad regul. 8, Cancellar., gloss. 8, n. 62; Barbosa loc. cit., n. 16.

(7. Insuper equites Melitenses comprehenduntur sub decreto quo regularibus prohibetur accessus ad monasteria monialium; sac. congreg. Episcop. et Regular. in Tranen. 28 Januarii 1603. Hinc potest episcopus procedere contra equites Hierosolymitanos, seu Melitenses, si accedant ad monasteria monialium contra formam decreti, ut resolvit sacra congreg. Episcop. et Regul. in Parmen. 29 Aug. 1614, et antea in una d. religionis 17 Februar. 1605, ac etiam in Neapolitana 12 Julii 1599, apud Nicolium in Foscul. verb. *Hierosolymitani*, num. 3, ubi num. 6, affert alia decreta de eorum punitione, in Genuen. 14 Augusti 1582, et in Consentina 21 Julii 1640. (8. Unde equites Hierosolymitani, seu Melitenses sunt tam vere, et proprie religiosi tum in odiosis, tum in favorabilibus quod possunt confiteri sacerdoti regulari non approbato ab ordinario, sicuti possunt alii regulares. Joann. Sancius in suis. pract. disput. cap. 49, num. 11 et 13; Aloysius Riccius in Praxi rerum fori Eccles. part. IV, resol. 170, n. 2; Novarius in tract. de Elect. et variat. fori qu. 69, numer. 23, sect. 2, in ult. impress., Barbosa loc. cit., n. 19 (32).

(9. Hinc equites Hierosolymitani, seu Me-

cerdoti non approbato. Il enim Vasquesius, aliique negant etiam de regularibus iter agentibus, atque habentibus a suis superioribus licentiam confitendi; atque aiunt, deficiente confessario proprii ordinis, sibi eligere non posse simplicem sacerdotem non approbatum, et constitutiones fratrum ord. Praedicatorum hujusmodi regularibus praecipunt, ut itinerantes, deficiente confessario proprii ordinis, confiteantur sacerdotibus ab episcopis approbatis pro excipiendis

ritenses ut veri et proprii religiosi non habent facultatem testandi. Rota recent. part. II, decis. 76, n. 1, decis. 89, num. 1; part. XIV, dec. 151, numer. 7. (10. Nec habent velle, et nolle, cum in toto dependeant a voluntate magni magistri. Rota p. II, dec. 76, num. 1. (11. Et sic cum ipsi sint intestabiles, eorum bona non haereditibus sanguinis, sed religioni acquiruntur. Rota p. XIV, dec. 76, num. 1 et 2, et Annotat. ad dec. 16, nu. 9, part. III. (12. Quod procedit non solum de bonis, quae ad eos perveniunt intuitu suae religionis, sed etiam de patrimonialibus aut aliunde quaesitis, et non solum ex dispositione statutorum religionis, sed etiam juxta juris communis dispositionem; in c. *Cum ad monasterium* in fin., de stat. monachor.; c. *In praesentia*, de probat. Rota p. II, dec. 76, num. 1, et annotat. ad dec. 16, num. 8, p. III. (13. Quare sunt incapaces juris haereditarii. Rota part. V, tom. I, dec. 336, num. 8. (14. Nec possunt disponere de pecuniis positus ad bancum ad eorum creditum. Rota p. I, dec. 487, nu. 8. (15. et quidquid acquirunt, acquirunt religioni. Rota p. I, dec. 487, n. 8; part. II, dec. 333, n. 2; part. VIII, dec. 51, num. 2, arg. cap. *Statutum 1*, caus. 18, q. 1; cap. *Abbatibus 16*, caus. 18, qu. 2; c. *Quia ingredientibus 7*, caus. 19, quaest. 3; cap. *In praesentia 8*, de probat.

(16. Equites Melitenses sine dispensatione pontificia non sunt capaces pensionis super beneficio ecclesiastico, sicuti nec capaces sunt beneficii ecclesiastici saecularis; ob professionem enim emissam in religione Hierosolymitana, seu Melitensi, extinguitur omnis pensio reservata super beneficiis saecularibus; ipsa enim est vera religio ad omnes effectus; unde sicut per professionem in alia religione extinguitur pensio, ut recte notat card. de Luca de Benefic. disc. 64, numer. 3, 5 et 6; de Pensionibus disc. 44, num. 2, et annotat. ad concil. dist. 13, numer. 2, et communis aliorum, ita per professionem in religione Hierosolymitana; Corrad. in Praxi benefic. l. I, c. 5, num. 224 et seq.; Card. de Luca de Pensionibus d. disc. 44, num. 4; Annotat. ad concil. disc. 13, num. 3 et 4; Card. Petra tom. II, Com. constit. 1 Anastasii IV, sect. 1, num. 28, et tom. V Comment. ad constit. 1 Pii II, num. 33. Tondut. de Pensionibus cap. 69, num. 27; Rota dec. 479, coram Roysus, et supponitur in decisionibus Rotae in Causa Caesaraugustana Pensionis relat. a card. de Luca d. disc. 44, de Pen-

confessionibus, sive si regulares sint, sive saeculares. Non est ergo certum, posse regulares confiteri sacerdoti simplici non approbato ab ordinario. Si certum non est, nefas procul dubio est regulari simplici sacerdoti confiteri; quia in dubio de istius jurisdictione periculum esset, ne irritum atque nullum foret poenitentiae sacramentum: qua de causa haec in re tutiorem sequi tenemur opinionem; ut omnes concedunt, dum de valore agitur sacramenti. Deinde cur regularis discrimini se committat, cum praesto sint sacerdotes approbati, ut privilegio fruatur? At privilegium hoc etiam a regularibus plerisque revocatur in dubium. (NOTA ROMANI THEOLOGICI.)

(33) Hujusmodi privilegia, quae et permagna, et

sionibus, et in eadem causa repetita coram Bichio dec. 121, nu. 2, p. 12, recent. (17. Et ita etiam firmatum fuit in dicta causa, quod si adfuisset indultum apostolicum pensionem retinendi, ea non extinguitur, cum mediante dispensatione apostolica fiat regularis capax pensionis super beneficio saeculari; doctores passim in c. *Cum de Beneficio*, de praebend. in 6; card. de Luca loc. cit., n. 7; card. Petra loc. cit., num. 32; Paris. de Resignat. lib. VI, q. 2, num. 16; Lott. de re Benefic. l. I, qu. 40, num. 203 et seq.; Rota dec. 45, num. 1 et seq. coram Millino, et in cit. Decisionibus coram Peutinger et Bichio.

(18. Equites Hierosolymitani, seu Melitenses sunt sub protectione sedis apostolicae, et ad alios ordines transire prohibentur. Anastas. IV constit. incip. *Christiana Fidei*. (19. Tales equites exempti sunt a jurisdictione ordinariorum, et a solutione decimarum. Pius IV, constitut. 9, incip. *Circumspecta*. (20. Bona equitum Melitensium ubique decedentium, etiam ex illicita negotiatione acquisita uti spolia, non ad cameram apostolicam, sed ad eorum hospitale spectant. Pius IV, constitut. 29, incip. *Romani*. (21. Eorum beneficiorum collatio, et causarum cognitio pertinet ad magnum magistrum Melitensem. Pius IV, in const. 9, incip. *Circumspecta*. (22. Ordinarii non possunt se interponere ad visitandum equites Hierosolymitanos, seu Melitenses, ubi habent jurisdictionem spirituales, et temporales. Sac. Congr. Concil. teste Barbosa in Summa apostol. dec., verb. *Equites S. Joannis Hierosolymitani*, nu. 18; Armendar. ibi. cit. (23. Equitum Melitensium privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, et alias gratias illis concessas, confirmavit Urbanus VIII, constit. 15, incip. *Universalis* (33).

(24. Religio Hierosolymitana, seu Melitensis est divisa in tres ordines, nempe in equites, fratres conventuales, seu de obedientia, et servientes (34): et omnes isti emittunt professionem, certis tamen diversis regulis observatis, tam circa nobilitatem, quam alia ut in Libro stabilimentorum religionis Rota par. XI, dec. 15 n. 4; Petra tom. II, num. 2, Comm. ad const. 2 Anast. IV, sect. 2, num. 2, (25. Equitum Melitensium familia divisa est in octo linguas, seu nationes, viginti prioratus, 653 commendas, sive praeceptorias. Officia sunt: magnus magister, magnus commendatarius, marischallus, hospitalarius, thesau-

innumera sunt 4 Idus Martias 1752 idem Benedict. XIV confirmavit. Vide infra n. 96 seq. (EDIT. BARBIELL.)

(34) Haec quidem partitio a majoribus transmissa nullam habet dubitationem. Caeterum, ut monet el. Paciaudius, Antiquit. Christian. de cultu S. Joannis Baptistae p. 554, in Regula Fr. Raymundi inserta litteris apostolicis Bonifacii VIII, an. 1300, quam cum codice Vaticano contulit Rosius, totus ordo in duas tribuitur classes, clericorum et laicorum Fratrum. Facile autem mihi persuadeo, inquit ibi Paciaudius, in comitiis, quae ipse Raymundus haberi voluit ad leges, rite et cum auctoritate ferendas, tres ejusmodi ordines fuisse constitutos. (EDIT. BARBIELL.)

rarius, magnus bajulivus, cancellarius, prior ecclesie ordinis (35); sic refert Claudius Robertus in Gallia christiana, tit. de generalibus ordinibus; Barbosa in Summa apostolic. dec., verb. *Equites S. Joannis Hierosolymitani*, n. 20, et alii passim. (26. Professio militum hujus religionis consistit specialiter in emissione trium votorum, castitatis, obedientie et paupertatis, et non continet quartum votum, defendendi scilicet proprio ense christianos ab infidelibus, etiam cum vite sue discrimine, ut voluit Vilagut. dec. 34, n. 5. (27. Contrarium enim, scilicet non adesse aliud votum, aperte deducitur tum ex antiqua formula sue professionis, qua erat: « Ego N. juro, promitto, et voveo Deo, B. Virgini Mariæ et S. Joanni Baptistæ, et magistro sacri hospitalis Hierosolymitani, me observaturum perpetuo hæc tria, scilicet me obediturum, et victurum absque proprio, juxta formulam statutorum ordinis, et pro viribus meis castitatem servaturum; » tum ex formula nova, quam modo adhibent, ut sequitur: « Ego N. voveo, et promitto Deo omnipotenti, et B. Mariæ Virgini Genitrici Dei, et S. Joanni Baptistæ, me observaturum perpetuo, Deo juvante, veram obedientiam cuilibet superiori, qui mihi a Deo, et ab ipso ordine dabitur, item me victurum absque proprio, et castitatem servaturum. » Azorius Institut. Moral. tom. I, lib. XIII, cap. 5, litt. E.; Sperell. dec. 21, n. 11; card. Petra tom. II Comment. ad constit. 2 Anast. IV, sect. 2, num. 22.

(28. Equites Melitenses, seu Hierosolymitani milites tenentur servare interdictum locale. Sic expresse declaravit sac. cong. Concilii in Cæsaraugustana interdicti 11 Junii 1695, ubi ad dubia sequentia; primo: « An stante interdicto generali locali milites Hierosolymitani teneantur illud observare in eorum ecclesiis exemptis? » Et quatenus affirmative. « An obstet consuetudo immemorabilis in contrarium allegata? » Respondit: ad primum *Affirmative*, ad secundum *Negative*; apud card. Petram t. II Comment. ad constit. 2 Anast. IV, sect. 3, num. 3. (29. Equites Melitenses incurrunt irregularitatem ex defectu lenitatis, si in bello etiam contra infideles aliquem necaverint, aut mutilaverint. Thomassin. de Benef., p. II, lib. I, c. 75, n. 11; card. Petra tom. II Comment. ad constit. unicam Gregor. VIII, sect. 1, n. 22, et in casu consimili sic respondit sac. cong. Concil. in Zagabrien 17 Novemb. 1685, vid. verb. *Bellum*. art. 5, num. 6, 7 et 12. (30. Eques Melitensis, licet publice suum parochum perecutiat, minime potest ordinarius in eum exercere jurisdictionem, neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia privilegio exemptus est, ut in concil. sess. 24, c. 11. Tamen ex quo ipse ob talem percussorem

(35) Dicitur hic etiam prior ecclesie Majoris, et prior ecclesie S. Joannis. Ab eo autem utpote Hospitalis S. Joannis in spiritualibus superiore, et ordinario usum mantellectæ violaceæ coloris ex concessione apostolica, aut ab immemorabili tempore habente, certisque aliis prerogativis fulgente, decrevit Be-

incidit in excommunicationem canon. Si quis *sudente diabolo*, potest episcopus præcipere omnibus parochis, et canonicis, ac aliis rectoribus, et sacerdotibus, ne eum admittant intra ecclesias ipsi episcopo subjectas, sac. cong. Conc., teste Lezana in Summ. quæst. Regul. t. II, c. 5, n. 39, et Barbosa loc. cit. n. 7.

(31. Congregationes, quæ jussu episcopi ad casus conscientie discutiendos habentur, obeundæ sunt ab exercentibus curam animarum, etiam in parochialibus Hierosolymitanæ Religionis. S. congr. Concil. 3 Martii 1698. (32. Curati religionis Hierosolymitanæ tenentur ad omnes functiones, ad quas cæteri curati, etiam ad functiones Ferriæ v, et Sabbati sancti. Sac. congreg. Episc. et Regul. in Cæsarat. 28 April. 1599, et in Faventina 20 Maii 1646. (33. Curati religionis Hierosolymitanæ non tenentur ad subsidium charitativum vel cathedraicum, vel contributionem seminarii, vel ad procurationem pro visitatione, nisi in concessione ecclesie sibi eam ordinarius reservasset, ut declaravit S. cong. Conc. in Elven. 27 Julii 1504. (34. Prohibere non potest episcopus ne celebretur in ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ a sacerdotibus tam fratribus quam capellanis dicti ordinis absque sua licentia. Sacra cong. Episcop. et Regul. in Syracusana 29 April. 1606. (35. Curati religionis Hierosolymitanæ tenentur ad exponendas quadraginta Horas per turnum. Sac. cong. Episcop. et Regul. 29 Septembris 1619, apud Nicol. in Flosculis, verb. *Hierosolymitani*, num. 9.

(36. Sacerdotes sæculares, et regulares ordinis Hierosolymitani curam animarum personarum sæcularium exercentes, in iis, quæ ad dictam curam et sacramentorum administrationem pertinent, subsunt in omnibus jurisdictioni, et visitationi, ac correctioni episcopi; nec potest etiam quicumque ad nutum amovibilis ad eandem curam a commendatore deputari, nisi de ipsius episcopi consensu, ac prævio examine per eum, vel ejus vicarium faciendo, non obstantibus privilegiis quibuscumque. S. cong. Episc. et Regul. 8 Junii 1624, apud Piton. t. II Const. et dec. pro Regularibus n. 2207.

(37. Parochi religionis Hierosolymitanæ accedere tenentur ad synodum. Sac. cong. Conc. 18 Augusti 1589. (38. Parochiales ecclesias religionis Melitensis, quoad animarum curam, et sacramentorum administrationem episcopi visitare possunt. Gregor. XIII const. 67 incip. *Circumspecta*. (39. Aliæ vero ecclesie, præter has curatas, sunt exemptæ a visitatione episcopi. Sac. cong. Conc. apud Barbosa loc. cit., numer. 8, et Lezzana loc. cit., numer. 52. (40. Excommunicare potest episcopus fratrem Capellanum religionis Hierosolymitanæ qui administravit redditus parochialis sæcularis cita-

neditus XIV, an. 1747, gestari posse ubique locorum, et more episcoporum mozzettam, ut aiunt et rochetum. Chronologicam horum prorum seriem videris egregie digestam, atque illustratam a Paciaudio l. c., p. 546, seqq. (EDIT. BARBIELL.)

tum ab episcopo in visitatione ad reddendam rationem, et non comparentem, ut decisum in Vulturariensi 7 Septembris 1630, refert Sellius in Select. canon. c. 13, numer. 10; apud Barbosa in Concil. sess. 22, de reform. cap. 9, num. 24.

(41. Ad contributionem seminarii non tenentur, neque compelli possunt fratres S. Joan. Hierosolymitani, sive eorum vicarii in ecclesiis parochialibus religioni prædictæ unitis, vel ab ea dependentibus. Sac. cong. Concil. in Augustana 14 Decembris 1630.

(42. Dicti vicarii S. Joannis Hierosolymitani non tenentur dare procurationem episcopo eorum ecclesias visitanti. Sac. cong. Concil. in dict. Augustana 14 Decemb. 1630. Et jam sic fuerat decisum 28 Junii 1627, nempe dictas ecclesias curatas esse visitandas gratis, et absque impensa, ut refert Barbosa de Jure eccl. univers. lib. I, c. 14, nu. 22.

(43. Parochi dictæ religionis curam animarum sæcularium exercentes a commendatariis deputati, quatenus absolute idonei sunt, approbandi sunt simpliciter ab episcopo. S. cong. Conc. in d. Augustana 14 Decemb. 1630, apud Pascucc. p. I, tit. de Equitibus.

(44. Curati religionis Hierosolymitanæ tenentur intervenire oleorum consecrationi, si alii curati teneantur: sac. cong. Episcop. et Regul. in Faventina 20 Maii 1646. (45. Potest episcopus tanquam delegatus apostolicus visitare parochiales Hierosolymitanas, et in visitatione decreta condere in concernentibus curam animarum, administrationem sacramentorum, implementum onerum missarum ex piis dispositionibus provenientium, et illa sunt executioni demandanda. Sac. cong. Conc. in Vulturarien. 1652, apud Pascucc. l. c.

(46. Episcopo licet ad excommunicationis publicationem procedere, et interdictum opponere ecclesie prioratus religionis Hierosolymitanæ ex causa violatæ immunitatis. Sac. congreg. Imm. in Messanen. 23 Septembris 1653, apud Ricciium in Synops. decret., verb. *Interdictum*, num. 9. (47. Licentia extrahendi delinquentes ab ecclesia religionis Hierosolymitanæ, et cognitio an extractus gaudeat immunitate, spectat ad episcopum. S. cong. Imm. in Savonen. 9 Maii 1652, apud Ricciium loc. cit., verb. *Licentia*, num. 1. (48. Potest episcopus ex constitutione Gregoriana extrahere delinquentes etiam ab ecclesiis religionis Hierosolymitanæ. Sac. congregat. Imm. in Messanen. 6 Maii 1653. (49. Fratres cappellani religionis Hierosolymitanæ curam animarum habentes tenentur accedere ad synodum et ad congregationes Casuum conscientie præscriptas ab episcopo, qui potest illos cogere juris remediis. S. cong. Conc. 9 Septembris 1684, apud Monacell. part. IV, sub numer. 58 (36).

(50. Religio Hierosolymitana potest personas ecclesiasticas in conservatores eligere, etiam si in conciliis provincialibus, vel diocesanis judices designati non sint, prout concessit Alexander VII, 17 Maii 1655, apud Monacell. p. III, tit. 1, formul. 10, num. 4.

(51. Equitum Melitensium in promotione ad magnam crucem habetur ratio meritorum, magis quam antianitatis respectu temporis. Paul. V const. 30 incip. *Accepimus*. (52. Præceptorie ordinis Melitensis vacant per promotionem ad episcopatum. Greg. XIII const. 82 incip. *Controversia*. (53. Assassinii criminis reos equites Melitenses non possunt judices laici declarare. Clemens VIII, constit. 37 incip. *Æquet*. (54. Coloni religionis Hierosolymitanæ gaudent privilegiis ejusdem religionis. Sac. cong. Immunit. in Vercellen. 28 Maii 1616; apud Ricciium in Synopsi decret. verb. *Colonus Commendæ*, n. 1.

(55. Hierosolymitani milites non vivunt Melitæ in claustro, sed tota civitas dicitur conventus. Card. Petra t. II, Comment. ad const. 2 Anast. IV, sect. 2, num. 5, et alii passim, et docet praxis. (56. Hierosolymitani milites aluntur a religione, dum sunt in conventu melivitano. Card. Petra tom. I, Comment. ad const. 7 Innoc. III, num. 3, cum multis ibi citatis. (57. Hierosolymitani milites per cingulum distinguuntur a capellanis, et servientibus. Fagnan. in c. *Qui Presbyterum*, 2, de Pœnit. et Remission. nu. 78 et 79. (58. In religione Hierosolymitana fratris nuncupatio non convenit nisi professis; novitii enim non Fratres, sed nobiles appellantur, ut constat ex statuto primo de verb. signific. Fagnan. loc. cit., nu. 109. (59. Religio Hierosolymitana representatur per capitulum generale, et non per sexdecim equites capitulares. Rota recent. p. VII, dec. 303, nu. 23. (60. Unde dicti sexdecim capitulares non habent facultatem decernendi contra statuta ordinis. Rota ibid., num. 2 et seq. Fagnan. loc. cit., n. 48. (61. Hierosolymitano equiti neque de jure competit, nec concedenda est ex gratia facultas sibi arrogandi filios. S. cong. Conc. in Piacentina arrogationis 4 Maii 1697.

(62. In conservatores et officiales religionis Hierosolymitanæ eligendæ sunt personæ ecclesiasticæ. Sac. cong. Imm. in una Sicilia 20 Jan. 1654. lib. v; Decr. Paul. p. 32.

(63. Administratio ærarii, et thesauri religionis præfatæ non debet demandari per capitulum ejusdem religionis magno magistro. Ead. sac. congregat. in una religionis Hierosolymitanæ 24 decembris 1623, ex Regesto scripturarum veterum, pag. 22.

(64. Puer trium annorum cum dispensatione apostolica admissus ad d. religionem, cui concessa fuit crux aurea, cum promissione faciendi novitiatum anno vigesimo quinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emittendam professionem gaudet privilegio Fori. Mediolanen. 21 Januarii 1626, Quin etiam idem Benedictus XIV, an. 1747, eidem priori confirmavit potestatem ordines minores suis clericis conferendi. (EDIT. BARBIELL.)

etiam si in conciliis provincialibus, vel diocesanis judices designati non sint, prout concessit Alexander VII, 17 Maii 1655, apud Monacell. p. III, tit. 1, formul. 10, num. 4.

(51. Equitum Melitensium in promotione ad magnam crucem habetur ratio meritorum, magis quam antianitatis respectu temporis. Paul. V const. 30 incip. *Accepimus*. (52. Præceptorie ordinis Melitensis vacant per promotionem ad episcopatum. Greg. XIII const. 82 incip. *Controversia*. (53. Assassinii criminis reos equites Melitenses non possunt judices laici declarare. Clemens VIII, constit. 37 incip. *Æquet*. (54. Coloni religionis Hierosolymitanæ gaudent privilegiis ejusdem religionis. Sac. cong. Immunit. in Vercellen. 28 Maii 1616; apud Ricciium in Synopsi decret. verb. *Colonus Commendæ*, n. 1.

(55. Hierosolymitani milites non vivunt Melitæ in claustro, sed tota civitas dicitur conventus. Card. Petra t. II, Comment. ad const. 2 Anast. IV, sect. 2, num. 5, et alii passim, et docet praxis. (56. Hierosolymitani milites aluntur a religione, dum sunt in conventu melivitano. Card. Petra tom. I, Comment. ad const. 7 Innoc. III, num. 3, cum multis ibi citatis. (57. Hierosolymitani milites per cingulum distinguuntur a capellanis, et servientibus. Fagnan. in c. *Qui Presbyterum*, 2, de Pœnit. et Remission. nu. 78 et 79. (58. In religione Hierosolymitana fratris nuncupatio non convenit nisi professis; novitii enim non Fratres, sed nobiles appellantur, ut constat ex statuto primo de verb. signific. Fagnan. loc. cit., nu. 109. (59. Religio Hierosolymitana representatur per capitulum generale, et non per sexdecim equites capitulares. Rota recent. p. VII, dec. 303, nu. 23. (60. Unde dicti sexdecim capitulares non habent facultatem decernendi contra statuta ordinis. Rota ibid., num. 2 et seq. Fagnan. loc. cit., n. 48. (61. Hierosolymitano equiti neque de jure competit, nec concedenda est ex gratia facultas sibi arrogandi filios. S. cong. Conc. in Piacentina arrogationis 4 Maii 1697.

(62. In conservatores et officiales religionis Hierosolymitanæ eligendæ sunt personæ ecclesiasticæ. Sac. cong. Imm. in una Sicilia 20 Jan. 1654. lib. v; Decr. Paul. p. 32.

(63. Administratio ærarii, et thesauri religionis præfatæ non debet demandari per capitulum ejusdem religionis magno magistro. Ead. sac. congregat. in una religionis Hierosolymitanæ 24 decembris 1623, ex Regesto scripturarum veterum, pag. 22.

(64. Puer trium annorum cum dispensatione apostolica admissus ad d. religionem, cui concessa fuit crux aurea, cum promissione faciendi novitiatum anno vigesimo quinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emittendam professionem gaudet privilegio Fori. Mediolanen. 21 Januarii 1626, Quin etiam idem Benedictus XIV, an. 1747, eidem priori confirmavit potestatem ordines minores suis clericis conferendi. (EDIT. BARBIELL.)

(64. Puer trium annorum cum dispensatione apostolica admissus ad d. religionem, cui concessa fuit crux aurea, cum promissione faciendi novitiatum anno vigesimo quinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emittendam professionem gaudet privilegio Fori. Mediolanen. 21 Januarii 1626, Quin etiam idem Benedictus XIV, an. 1747, eidem priori confirmavit potestatem ordines minores suis clericis conferendi. (EDIT. BARBIELL.)

(64. Puer trium annorum cum dispensatione apostolica admissus ad d. religionem, cui concessa fuit crux aurea, cum promissione faciendi novitiatum anno vigesimo quinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emittendam professionem gaudet privilegio Fori. Mediolanen. 21 Januarii 1626, Quin etiam idem Benedictus XIV, an. 1747, eidem priori confirmavit potestatem ordines minores suis clericis conferendi. (EDIT. BARBIELL.)